



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 18. De multis aliis modis acquirendi beneficia Ecclesiastica, & potissimum de triennali pacifica possessione, ac de rescriptis Apostolicis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

Secundum quod pro piaxi hic notandum occurrit est. Quando collatio beneficii spectat ad inferiores Episcopos, etiam regulares sint exempti (de quo Rebiffus in sequenti num. 37.) illis negligentibus, ad hunc fieri deuolutionem, nisi consuetudo, vel privilegium sit in contrarium, ex Clementina vniuersitate. De supplenda negligentia Praelatorum, vbi glossa ad verbum *Locorum* (& post eam Doctores teste Rebiffi in precedenti nu. 25.) notat eam deuolutionem fieri ad Episcopum loci in quo situm est beneficium, etiam collator negligens, subtiliter Episcopo. Aduerte tamen ex eadem glossa ad verbum *Distributionem*, (& ex aliis Rebiffis consequenter notat nu. 26.) collegio negligentem eligere, aut patrono negligentem facere presentationem intra tempus a iure constitutum, deuolutionem fieri ad habentem ius Ordinarium confirmandi, aut instituendi: sive si Episcopus, sive alius.

Terrium notandum est. Quod quando collatio non est sortita suum effectum, aut quia is cui facta est noluit acceptare, aut quia post consensum renunciavit iuri suo aut mortuis est: aut laborat aliquo vitio talem effectum impeditio: eundem collatorem habere terminum temporis a iure constituti: sive trium, sive quatuor, sive sex mensium: perinde ac si beneficium de novo vacaret, ex cap. *Sic lectio*, *De electione*, in 6.

Quartum est. Deuolutionem fieri cum qualitatibus, & personis, quae erant in prima collatione ex Clementina, De supplenda negligentia Praelatorum. Quod Rebiffus in sequenti num. 40. notans; infert quod si Episcopus beneficium conferre debuit nominato, debet & Archiepiscopus, ad quem deuolutum est ius. Item si beneficium conferri alieni de genere fundatoris, debet quoque ad quem ius conferendi fuerit deuolutum, tali conferre.

Quintum est. Sede vacante ius conferendi beneficia non deuolui ad Capitulum ex cap. 2. Ne sede vacante, De quatuor num. 101. & 102. Rebiffus.

Sextum est. Quando sit deuolutio ad plures Superiores gradatim, quemlibet eorum habere sex mensies a die notitiae deuolutionis, sicut haber Ordinaryus collatora die notitiae vacationis. Quod Lambentinus *Deiure patro-natus lib. 2. par. 3. quest. 2. art. 8.* ex aliis referens, addit: quando sit deuolutio a patrono laico ad Ordinarym, qui ius habet instituendi, hunc habere sex mensies ad instar ceterorum ordinariorum collatorum: quamvis patronus ipse tantum habeat quatuor mensies ad praestandum: quia ius in quod per deuolutionem succeditur, mutatur mutata qualitate personae, & accipit rationem iuris conferendi beneficium; cum ante tantum esset instituendi. Sieque ex eod. auctore, quia quilibet Superiorum ad quos gradatim fit deuolutio, habet suos sex mensies fieri poterit aliquando, ut Ecclesia per annum vacet, & amplius. In quo tempore Episcopus tenuerit talis Ecclesiam commendare alicui Clerico idoneo, qui tanquam custos, & tutor eam gubernet.

Postremum notandum est. Iure deuoluto impetrantem beneficium, teneri declarare modum vacationis: quia collatio ei alioqui non suffragabit, vt ex regulis Canonicae habet Rebiffus in *læpi cit. tit. nu. 105.*

Supradictum quintus, & ultimus modus, quo inualida est collatio beneficii: scilicet cum collator ob aliquod suum peccatum commissionis perdit auctoritatem conferendi beneficium: quale peccatum commititur is qui beneficium curat, vel dignitatem conferit ei, qui non est dignus, nec seruat ea, quæ ius requirit: cap. *Cum in cunctis, De electione, §. finali;* vel conferit ei qui residere non potest, ex cap. *Quia nonnulli, De Clericis non residentibus:* aut qui confirmat electionem indigni: quem amittere potestatem confirmandi secundum electum, habetur ex cap. *Nihil est, De electione.* Ceterum in beneficiis Episcopatu inferioribus, deuolutio ob delictum sit eodem modo, quo ob negligentiam. In Episcopatibus vero, sit statim ad Papam, per textum in cap. *Quamquam, De elec-tione, in 6.* Vbi nota quod ex aliis habet Rebiffus in eodem titulo, *De deuolutionib. nu. 19. & 20.* quando dictum est omnium electorum, deuolutionem, vt dictum

est fieri ad Summum Pontificem: quod si tantum aliqui deliquerint (utpote quia pars Canonorum elegit indignum, vel omisit formam a iure prescriptam) non fieri deuolutionem, sed electionem manere penes illos, qui non peccauerunt, ex cap. *Gratum, De postulat. Prelat.* Eratio esse potest, quod delinquentes, tunc pro mortuis habentur moraliter.

CAPUT XVIII.

De multis aliis legitimis modis acquirendi beneficia, & post summum de triennali pacifica possessione, & re scriptis Apostolicis.

S U M M A R I U M.

- 256. *Qui sunt tales modi.*
- 257. *De translatione beneficiariis ab una Ecclesia ad aliam.*
- 258. *Acquisitio beneficii per triennalem possessionem pacificam.*
- 259. *Regula Cancellerie in qua fundatur eadem acquisitionis locum habet non modo in externo, sed etiam in consenseris foro.*
- 260. *Conditiones necessariae, ut illius decretum procedat, ac aduerenda circa primam, que est habere titulum saltem collatum.*
- 261. *Non invenire decreto, quin ne coloratum quidem titulum habent.*
- 262. *Circa secundam conditionem notanda de intruso: & alia, de violento.*
- 263. *Circatertiam conditionem notanda, de triennio ad eam spectante.*
- 264. *Notanda circa quartam, que est pacifica possessione longe fidei.*
- 265. *Differentia respectu a ceteris constitutionibus Apostolicis, & triplex illius genus.*
- 266. *Eius via a Comil. Trid. prohibitus ob abusum, qui si absit, ille potest esse licitus.*
- 267. *Rescriptum non extenditur ad beneficia nominantium iure excepta, & quenam ea sint.*
- 268. *Quid incumbat ei pro quo promouendo concessum est rescriptum Apostolicum.*
- 269. *Quid contra agere possit illi quorum interest.*
- 270. *Quid acquiratur per rescriptum Apostolicum.*
- 271. *Concurrentibus pluribus mandatis, quis coram preferatur.*
- 272. *Notandum dixerit, seu litteris in forma pauperum.*
- 273. *Peccatum est mortale, tam conferre incapaci, quam incapa-cem accipere beneficium Ecclesiasticum.*
- 274. *Pene quaque peccatum sequuntur.*

PRAETER haec tenus expositos, sunt adhuc alii debiti modi acquirendi beneficia: unus per renunciationem a beneficiario factam. Alter per permutationem cum alio factam: de quibus agamus in sequenti titulo, quia sunt etiam modi amittendi beneficia. Tertius, per optionem. Nam multis in locis antiquiores Canonici solent optare meliorem praebendam vacantem, iuxta cap. fin. *De con-suetudine, in 6. vbi glossa, in declaratione casus,* notat ex communis sententia, optionem non habere locum in beneficiis, quae vacant ex causa permutationis. Quartus est, per commendam perpetuam. Quintus, per coadiutoriam; quia quis constitutus coadiutor cum futura successione: de quibus duobus, vt & de pensione, cum cuius constitutione aliquando beneficium acquiritur, dictum est in precedentibus. Sextus est, per examen, seu oppositionem: quando multis se mutuo opponentibus, & examinatis, beneficium datur digniori, iuxta Concil. Trid. scil. 24. cap. 8. De refor. vbi modus is praescribitur seruandus in beneficiis curatibus conferendis. Septimus est, per translationem. Vocatur autem hic translatio, cum unus Praelatus, seu beneficiarius transferratur ex una ecclesia ad aliam. Vacantem intellige, quia ad non vacante facta translatio, dicitur potius permutation. Adtertum est primo, prohibitum esse quidem antiquo iure, Episcopi translationem, per cap. *Episcopum, & ca. Propter. 7. q. 1. eo q. inter ipsum, ac ipsius Ecclesiam intercedat spirituale quoddam contiguum, q. solus Papa vt Christi in terris Vicarius dissolueat possit,* ex cap. 2. & ultim. *De translatione Episcopi: permisum*

256.

257-

tamen

tamen esse cum iusta causa adest, ut fiat: dummodo interueniat Papæ facultas, ad id omnino necessaria, ex c. 2. & vlt. supra citatis. Ita ut nulus alius, ne quidem Patriarcha, possit: talem translationem admittere, vel confirmare, ex cap. 1. eod. tit. siq; Episcopus propria autoritate se transferat à sua Ecclesia in aliam, priuatur vitroq; Episcopatu; tam illo quem deseruit; quam illo ad quem transtulit, ex cap. 5. quis Episcopus, 7. q. 1. & cap. penult. De translatione Episcopi.

Ordinariæ autem causæ iusta translationis Episcopi, sunt: primo, hostium persequentium infestatio, iuxta cap. Tibus, De consecr. dist. 1. Deinde aeris intemperies, ex glossa prima ibidem, per cap. Quorumdam, dist. 74. Præterea populi malitia, ex seq. glossa 2. per cap. Irenos, 25. q. 2. Postremo necessitas, vel vilitas Ecclesiarum, ex cap. Mutationes & cap. Scias, 7. q. 1.

Aduerte secundo, translationem beneficiarii inferiorum beneficiorum, puta parochialium, & aliorum quorum prouisio pertinet ad Episcopum, ab hoc eodem fieri posse: quia id non est contra ius; & rationi consonantum est: vt sicut potest de talibus beneficiorum prouidere, posse fieri iusta causa interueniente, perinde conferre habenti aliud, ac non habenti. Attamen quia tunc vacabit Ecclesia à qua fit ad aliam translatio, debet simul tali prouideri de alio idoneo pastore.

SECTIO PRIOR.

De trienni. Et pacific. & possessione.

Octauus modus est, per pacificam possessionem triennalem, ex regula Cancellariae, de triennali possessorie: ad quam Gomelius 63 questiones disputat, & Azor decem, in 2. par. Mor. et Inst. lib. 7. cap. 35. in cuius initio hæc verba eiusdem regulæ refert post Gomelium: Item voluit & ordinavit Dominus noster, quod si qui quecumque Ecclesiastica beneficia, qualiacunque sint, absque simoniaco ingressu ex Apostolica, vel ordinaria collatione, aut electione, aut electionis huismodi confirmatione, seu presentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum huismodi collatio, prouisio, elec̄tio, & presentatio, seu quævis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possederit: dummodo in beneficiis (si dispositioni Apostolica ex aliqua reservatione generali, in corpore iuri clausa, reseruata fuerit) se non intrufuerit: super huismodi beneficiorum taliter possessoris molestari nequeat: nec non imprestatio de beneficiis ipsius sic possessoris factas, irritas, & inanes censeri debere decreuit: antiquas lites super illis motas penitus extingendo. Addit Azor talis regulæ authore fuisse Calixtum tertium, quem posteriores deinde Summi Pontifices sunt imitati. Circa eam autem pro *præx.*

Notandum est primo, quod sicut in rebus ceteris possesso pacifica, per tempus praescriptum legibus causa, est ne earum dominium amittatur (de qua diximus ex professio in *præc.* lib. 10. cap. 20.) sicut etiam triennalem beneficiorum possessionem pacificam causam esse iuxta memoratam regulam, ne beneficiarius eo priuatur, aut ipsum tantquam vacans alteri conferatur. Censetur autem pacificus triennalis possessoribus, n. 8. & aliquot sequentibus. Ac probatur à pari: quia sicut ex communis sententia praescriptio qua in rebus ciuilibus fit auctoritate ciuilis magistratus, locum habet in conscientia: ita etiam in causis Ecclesiasticis habere debet praescriptio, qua fit auctoritate Papæ: ut sit ea qua per propositum regulam de triennali pacifico possessorie, est in bonum commune introducta: tum ad lites minuendas qua solent esse innumeræ, & nonnunquam interminabiles: tum ad solu-

tum plebis, vt si cum pastorem verum agnoscant, nec falsum ipsi obtrum esse dubitent: saltem post ipsum habitum per triennium beneficij sui pacificum possessorie.

Addit quod Papa Sixtus in eadem regula, vt talis possessor molestia non possit, aperte indicet, quod si iusta ac legitime retineat beneficium possessorum: quandoquidem per id alioqui iustus possessor prohibetur petere quod iustum est, & possessor iniustus in sua iniustitia feneretur. Negi obici potest, quod in ceteris rebus prescriptio requirat tempus triennio longius, de quo late Ludovicus Moena *De iustitia & iure, tract. 2. diffut. 58. & aliquot sequentibus:* quia beneficia sunt bona Ecclesie, de quorum acquisitione Pontifex Romanus plenam haber disponendi auctoritatem. Neque deest in tali præscriptione sufficiens institutio: quia cum modus conferendi beneficia Ecclesiasticanis sit de iure diuino, sed tantum de iure Ecclesiastico: eo ipso, quod Papa statuit ut aliquis finatur possidere beneficium, aut statuit ne in eo molestetur, supplerit quod deest ex vero titulo: censeturq; illud interea conferre, iuxta cap. Literas, *De supplenda neglig. Praef.* iuncta glossa finali.

Notandum est tertio, has conditiones esse necessarias, vt eiusdem regulæ decretum procedat. Prima, vt beneficii possessor habeat saltem titulum coloratum. Secunda, ut non sit intrusus, nec violentus. Tertia, ut possederit per triennium integrum. Quarta, ut possederit pacifice, & bona fide. Circa primam autem adverte, habentem verum titulum, quamvis eiusmodi decreto non indicet in foro conscientia: per illud tamen uarii in foro externo, ne post triennium ab alio molestetur, sive in iudicio petitorio, seu quo actor petit sibi aliquid adjudicari, quod anteā non possedit; sive in possesso, hoc est, quo actor petit illud sibi restituiri quod anteā possedit. Habentem vero titulum coloratum, iuxuari, non tantum in foro externo modo iam dicto, sed etiam in foro conscientia.

Ad quem titulum adverte duo esse necessaria: alterum ut habens illum sit ex iure habilis *scapax;* beneficij: de quo indicandum est per tradita in *præc.* cap. 11. & 12. Alterum, ut beneficium accepit ab habente legitimam potestatem illud conferendi: de quo iudicandum est per tradita in *cap. 14.* & sequentibus. Per qua duo, intelligitur id quod Rebuffus *De pacifico possessoribus, num. 32.* notat coloratum titulum dici, quando habens est ab eo, quid iure, sive generali, sive speciali, *sc. priu lego,* potestatem habet conferendi, & nisi aliquod impedimentum obstat, iustus fuisset.

Porro per propositæ regulæ decretum, non iuuari eos qui nullum, ne quidem coloratum, habent titulum, tendunt est cum Azorio in *citato cap. 35. question. 1.* Nam sequeretur alioqui, quod per eam regulam defendetur laicus beneficium accipiens absque Clericali consueta, si postea per triennium illud pacifice possideret. Similiter defenderetur bigamus, aut hereticus, aut infamis, aut excommunicatus, vel irregularis recipiens beneficia, si postea per triennium illa pacifice possideret. Similiter defenderetur Clericus secularis absque dispensatione recipiens beneficium regulare, aut regulare accipiens beneficium secularis, si illud pacifice possideret per triennium. Itemque defenderetur is, qui in petras et beneficium alterius adhuc viventis, & postea per triennium ab obitu, ipsum possideret pacifice. Quæ omnia sunt absurdia: quia tales beneficium accipiunt sine titulo, cuius sunt incapaces, nec possesso quantumlibet longi temporis habilitat in capacem, iuxta cap. Causam, & cap. Accedentes, *De præscriptionibus.* Quod igitur Rebuffus in *citato tractat. numeri 225.* concludit de illegitimo, cui sine dispensatione facta est collatio beneficij: possesse molestari, quantumcumq; illud per triennium pacifice possederit: cum ob suam incapacitatem non iuuetur decreto propositis regulæ: potest pariter concludi de omnibus antedictis aliisq; incapacibus.

Vbi aduerte difficultatem occurre, An id verum sit, non tantum cum incapacitas fuerit ab initio possessionis, ut defectus natalium vel ætatis: sed etiam cum orta fu-

261

161

263

notandum est secundo, eandem regulam nō tantum in foro externo, sed etiam in foro conscientia locum habere, priout docent Gomelius q. 42. versu, *Nec obstat, & Rebuffus in tract.* De pacificis possessoribus, n. 8. & aliquot sequentibus. Ac probatur à pari: quia sicut ex communis sententia praescriptio qua in rebus ciuilibus fit auctoritate ciuilis magistratus, locum habet in conscientia: ita etiam in causis Ecclesiasticis habere debet praescriptio, qua fit auctoritate Papæ: ut sit ea qua per propositum regulam de triennali pacifico possessorie, est in bonum commune introducta: tum ad lites minuendas qua solent esse innumeræ, & nonnunquam interminabiles: tum ad solu-

rie denouo: ut cum is qui legitimine accepit beneficium eucatum, non promouetur ad lacerdotum intra annum, vel accipi alius beneficium incompatibile. De qua Autor agit in citato cap. 35. quæst. 2. affl. mantem cum Gomesio, & Nauario tenens. Quam partem in præxi consuli posse, facile concesserim, quando ille qui iure priuatum beneficium sicut emendatum inuenitur, ut in eodem beneficio fructuose vñstatur existimat: nam tunc præsumi potest rationabiliter, quod Papa talem quoque velit suo illo decreto iuuare; quod de aliis vix præsumi potest: ut pote quorum respectu, nulla datur causa cur cum eis, in beneficiis quibus iure priuantur, dispensetur iuuenturve contra iuriis communis dispositionem.

Ceterum in re proposita nihil refert quod incapacitas ad beneficium, ignoretur aut a collatore, aut etiam ab eo cuius collatio: quia si quis titulus ea interuenient, ex collectione prouenient; tantum est præsumptus, resq; ipsa falsus: atque adeo nullus. Neque existimandum est, mentem Pontificis esse per eandem regulam iuuare cum possessione beneficium qui nullo titulo, ne quidem colorato, illud tener: præserbit cum id aduersetur iuri, ut intelligitur ex regula 1. iuris in sexto: cuius verba sunt. Beneficium Ecclesiasticum non potest licite sine Ecclesiastica institutione obtineri. Et apertius in Concordatis tit. De pacificis possessoriis, his verbis: Monemos Ordinarios, ut diligenter inquirant ne quis sine titulo beneficium possideat: & si quem beneficium sine titulo possidere reperient, declarent illi ius non competere, cuiusvis temporis detentio non obstante.

Circa secundam conditionem, ut scilicet non sit quis intrusus, aut violentus, nota ex Gomesio q. 47. posse quem de iure quinq; modis intrusum dici. Primo quidem cum qui propria, vel parentum auctoritate, non autem de licentia Superioris beneficium occupat. Secundo, cum qui maneat in possessione, postquam lata est in ipsum depositio nisi sententia: a qua non appellavit. Tertio, cum qui ante confirmationem sua electionis, administrat beneficium. Quarto, cum qui habet titulum, & possessionem a non habente potestate conferendi. Quinto, cum a quo alter spoliatus fuit.

Nota præterea illum tantummodo non iuuari eiusdem regulæ decreto, tanquam intrusum qui beneficium possidet sine titulo, non modo vero, sed nec præsumpto: ut accidit ei, qui illud accepit, & retinet propria auctoritate: aut cum præsumpto quidem, non tamen colorato: quia scilicet non habuit illum ab eo qui potuit legitimè conferre. Pro quo facit cap. fin. De excessib. Praelat. Aut etiam cum colorato, sed per simoniam adept: aut & sine simonia, sed beneficium de quo prouisus est, referuatur reservatione clausa in corpore iurismissi prouisio facta sit a Papa derogando illi regulæ, excludenti expresse duos casus postremo memoratos.

Quod autem nomine violenti, qui nec iuuari eadem regula, intelligitur non modo is, qui per violentiam expulit alterum: sed etiam is, qui metu coegerit renunciare beneficio suo, Rebuffus ostendit. De pacificis possessoriis, n. 230. & aliquot sequentib. Nobis sufficit quod quis possit repete beneficiis sic resignata, ex cap. 2. & 3. De his quæ vi, metusve causa fuit.

Circa tertiam conditionem, ut scilicet beneficium quis possedit per triennium, multa notantur ab eodem Rebuffo tractauit codem, quorum præcipua attigisse sufficiet.

Primum est, num. 34. Si quis non ab initio possessionis: sed aliquanto post habuerit titulum coloratum: præscriptionem triennalem currere non ab illo initio, sed ab illo tempore, quo coepit habere titulum coloratum; quod in sequenti numero 35. procedere addit, siue beneficium habuerit in titulum sue in commendam. Item numero 50. quantumvis per triennium possedisset: cum simplici signatura Papæ. Atque, ut deinceps ipse in particulari per mutationes consequentes numeros tractat, quocunq; modo ex superioribus traditis iure approbat, possedisset: cuiuscumq; generis fuerint beneficii, paucis exceptis: de qua re ipse legi poterit.

Secundum est, triennium debere esse completum. Vn-

dei parum, etiam unus tantum dies, restaret regula propria non obstat et quominus possit: non molestar potest: ut idem bene docet num. 266. tum aliunde: tum ex eo, quod ut tempus censeatur completum, ex omnibus suis momentis, tanquam parvum suatum aggregatione, constare debeat.

Tercium est, quod in proxime sequenti numero idem addit: si quis bisianum beneficium pacifice possederit titulo colorato: alterum, qui ipso mortuo similiter possederit, non posse coniungere illum unum annum cum duobus predecessoribus: quia titulus huius, extintus fuit morte ipsius, iuxta cap. 1. De concess. præb. nec per successionem transit in aliud: non enim hereditario iure acquisiuntur beneficia Eccl. Ecclesiastica; sed collatione Superioris, ut ex recepto Ecclesie vsu satis constat.

Quartum est, quia possesso interrupta non continua habens tum initium, tum finem varium: et non sufficiere ad propositum triennium: nisi unus de mei possessor sit, qui tempore etiam interruptionis, redimerit ipsum titulum: prout (iuxta cap. Abbas, De iis qua vi, &c.) retinet is qui metu compulsa renunciavit beneficio, quod possedit cum titulo saltem colorato: ita ut postea eidem possessioni restituatur absque noua collatione. Quo fuit nihil sit quod obstat posterius istud tempus cum illo priori senecti conjunctum ad complementum triennij: ut ipse Rebuffus ostendit num. 271. Idem die si interruptio possessionis contigerit ob superuenientem hostilitatem, aut pestem, aliam ve infirmitatem, ex ead. ibid. in num. 301. & aliquot sequentib.

Postremum est: probato, quod quis possederit primo & tertio anno, certi probatam esse continuam successionem: pro quo idem in precedenti num. 269. innotuit auctatores.

Circa ultimam conditionem, que est per fidem pacifice, & bona fide, notandum est possidere pacifice, ut interpretatur Rebuffus num. 165. idem hic esse, ac possidere sine lite: ita ut quantumvis controvergia verbalis interuenierit, non cesset tamen pacifica possesso: nisi peruentum sit ad citationem validam, quæ emanaret a Judece competence; quæque sit executioni mandata: actitulus actoris sit in iudicio exhibitus parti contra quam agit, prout idem declarat in sequentium. 169. premittens in num. 166. & duobus sequentib. id procedere, etiam, si moueatur tantum super possesso.

Adverte vero si lis mota sit ab uno, non autem ab aliis: post expletum triennium, eodem alias non posse illum molestare: quia quoad eos fuit pacificus triennalis possessor. Adverte præterea eam de qua hic agimus pacificam possessionem non impedit, eo quod si moueatur beneficiario super re aliqua sui beneficii, ut super uno praedium, vel quibusdam decimis: quia decretum de pacificis possessoribus, tantum intelligitur de titulo beneficii: qui coloratus esse debet, nec super eos lis mota esse.

Adverte porro, que idem a numero 302. inter cetera persequitur: si ob legittimum impedimentum aliquis in iudicio agere non potuerit contra possidentem beneficium, sibi, ut credit, debitum: durante eodem impedimento, triennium non currere: sed de tempore sequente impedimentoum, tantum adiungendum esse tempori quod illud ipsum præcessit, quantum ad complementum triennii requiritur. Debet vero impeditus protestari de illo suo impedimento: alioqui non concederetur ei agere post triennium, iuxta capitulum finale, De appellacionibus. Item ex Clementina Causam, De electione, debet suam protestationem partii aduersæ intimare. Quod si fuerit impeditus, ne protestaretur, aut suam protestationem intimaret (ut quia toto triennio detenus est in carcere, vel ab hostibus, aut morbo decubuit) potest post triennium agere, ut in eod. num. 310. idem Rebuffus habet: quia impossibilium non est lex, distinct. 4. cap. Erit autem lex.

Cum pacifica autem possessione, coniunctam esse debere bonam fidem, qua possidens putauerit se habere iustum titulum, quemadmodum contra Gomesium, quæst. 42. tenet Rebuffus num. 28. pater: quia is qui scit rem, quam

detinet,

detinet, esse alterius, nunquam potest praescribere: nec iure ciuili, nec canonico ex cap. fin. De prescript. Quanquam, ut docet Rebuffus in sequenti numero, non teneatur triennalis possefitor bonam suam fidem probare, qua presumitur ex ipsius titulo colorato: præsumptioque iuris ratione tituli, transfert in aduersarium onus probandi.

De hac materia caudicorum magis, quam Confessorum propria, qui pleniorum notitiam habere voleat; ex antememoratis authoribus eam petere poterit; interea aduertens quod ad nostrum institutum facit: & Rebuffus numero 22. & aliquot sequentibus ostendit; possidentis beneficium cum ante memoratis conditionibus, ita securum esse in conscientia, per eam cuius meminimus regulam Cancellariae, ut ab Ordinario molestari nequeat, ne quidem per denunciationem Evangelicam: quia post triennium, quantumcumque deprehendatur, quod alius verum titulum habuerit, ipse iustus possessor est: quia per eiusdem regulæ decretum acquisitus, quo id ipsum beneficium factum est suum.

De annali possessione pacifica, propter quam non potest in foro externo possefitor inquietari, ex regula Cancellariae, De annali possefitore, nihil dicimus tanquam de re propria alterius instituti. Qui volet videre poterit Azorium in 2. par. Moral. Instit. lib. 7. cap. 34. & Gomesium, qui eandem regulam tractat 8. quæstiones.

SECTIO POSTERIOR.

Dere scriptis Apostolichis.

Restat unus modus acquirendi legitime beneficium Ecclesiasticum, per rescriptum scilicet Apostolicum. Ad cuius intelligentiam, notandum est, rescriptum Apostolicum esse speciem quandam constitutionis Apostolicae: in hoc differens à ceteris, quod sit personale, tantumque pertineat ad eos, ad quos mittitur: cum cetera Apostolicae constitutiones generales sint, iusque commune contineant. Illius vero tria distinguunt genera, de quorum inter se differentiis legi potest Rebuffus in Præ beneficiorum prima pars. *proprietatis titulus.* Quædam enim sunt rescripta, quæ dantur contra ius commune, & proprie vocantur priuilegia, vel dispensationes: vt cum Papa permittit aliqui retinere plura beneficia incompatibilia de iure. Quædam vero sunt, quæ dantur in ordine ad lites, & vocantur rescripta iustitia: vt eum ad clericis petitionem Papa certum iudicem designat, qui de causa cognoscat: aut cum de aliqua controverbia consultus, respondet quid iuris sit. Quædam denique sunt, quæ ideo appellantur rescripta gratia, quod Papa aliquid per illa præter ius concedat, vt cum aliqui idonei præbendam conferri iubet. Quod sit dupliciter, uno modo per literas Apostolicas, quibus tribuitur alius ius ad beneficium vacaturum, & dicuntur gratia expectativa. Altero modo per literas quibus mandatur vel Ordinario, vel aliqui executori ad id deputato, vt de beneficio vacante prouideatur Clerico, pro quo illæ scribuntur: & dicuntur rescripta seu mandata. Qui duo modi sunt, quibus hic agimus de rescriptis. Forum vero introducendum causas, & varias formas qui scire volet, legere poterit Corasium in sua Paraphras in materiam beneficiorum part. 4. cap. 5. Pro Confessarii autem iuxta institutum nostrum instructione.

Notandum est primo, horum quidem rescriptorum, seu mandatorum Apostolicorum usum prohiberi in Concilio Trident. sess. 24. cap. 19. De reformat. propter abusum, qui in reseriam de se iustas, per malitiam hominum irripit; non esse tamen de se illicitum, & reprehendendum, si absit abusus: vt patere potest ex eo, quod Papa liberam habeat dispositionem in beneficiis, ex cap. 2. De præbendis, in 6. & ex Clement. 1. §. final. tit. Ut lite pendente: consentaneumq; sit, vt ipse confeat beneficia iis qui sunt bene meriti de Ecclesia, & qui seruunt in curia Romana: atque vt possit pauperibus graduatis aut literatis prouidere, cum plerumque ab Ordinariis negligantur.

tur: præsertim cum talia rescripta sic ab ipso dantur, vi nemini debent praetudicium adferre. Nam quod ipse id intendat, pater argumento cap. Ad aures, & cap. Mandatum, De rescriptis: unde utrobius glossa 1. id ipsum colligit. Addit quod cum in iisdem rescriptis Papa constituit, ut Ordinarius conferat alicui beneficium, debet intelligi si talis alias sit capax secundum ius canonicum, iuxta cap. Cum adeo, De rescriptis, & cap. Causam, De electione, neque beneficium sit de illis, quæ dicuntur excepta iuxta sequens notable.

Notandum est igitur secundo, in iisdem rescriptis, seu mandatis Apostolicis, etiam si dentur cum clausula generali: *Quæ deinceps beneficia, ad cuiuscumque collationem pertineant, non includi beneficia, quæ reperuntur nominatio in iure excepta, nisi fiat expressa illis mentio.* Sunt autem primo dignitatis electio, ex cap. Cum in illis, De præbendis, in 6. §. illis, & ex Clement. 1. codem titulo. Secundo, beneficia curata ibidem, utrobius in principio. Tertio, beneficia quæ sunt iuri patronatus laicorum, argumento capit. Cum dilectus, De iure patronatus. Quarto, beneficia creata post darum eorumdem rescriptorum, ex Clement. finali, De rescriptis: vt cum rescriptum, datum est mense Ianuario, & beneficium quod virtute illius pergitur creatum est mente Nouembri sequenti: prout declarat glossa 1. ibidem. Quinto, beneficium legitime sublatum de Ecclesia, seu suppressum, ex cap. Cum accessissent, De constitutionibus. Sexto, beneficia quæ ad menam Prelatij pertinent, illiq; vnitæ sunt; quia non solent vacare, ex Clementina vñica, §. Quidam etiam, De excessibus Prelatiorum. Septimo, beneficia, quæ fuerint resuerauta Papæ. Octavo, beneficia quæ ante datum ipsorum rescriptorum, fuerint vnitæ alii: quia non possunt separari sine præiudicio: quod inducere præfendum non est, intentionis esse Papæ. Nono beneficium monocolum, id est, quod vñicum pertinet ad alium Ordinarii collationem: vt ex glossa ad Clementinam pñiam, De præbendis, Corasius haber in paraphras in matrem iam Sacerdotiorum, par. 4. cap. 5. nn. 49. Errationem reddit, quia mandatum Papæ est de aliquo beneficio prouideri: & relatum aliquo supponit pluraliter.

Addit idem, Tum beneficia regularia: cum rescriptum est pro seculari: & contra: quia regularia regulatus, & secularia secularibus dñi oportet, ex cap. Supereo, De regularibus, & ex cap. Cum de beneficio, De præbendis, in sexto. Tum beneficia vacantia in Romana curia, ex cap. 2. in fine, de præbendis, in sexto. Tum vacantia ex causa permutationis, quia solis permittantibus debentur, ex cap. Vnico, De rerum permutatione, in 6. Tum beneficia ex consuetudine Ecclesie per antiquorem Canonicum optata, ex cap. finali, De consuetudine, in sexto. Tum etiam beneficia devoluta ad Capitulum per Episcopij negligentiam, ex Clementin. Si de beneficio, De præbendis, Tum demum beneficia paterna, ne in illis successio induci videatur ex cap. 2. & cap. Ex transmisâ, De filiis presbyterorum.

Notandum est tertio, eum pro quo promouendo conceditur rescriptum Apostolicum, tenetis intra decem dies post habitam notitiam de beneficii vacatione, illud acceptare, ex cap. Si pluribus, De præbendis, in 6. sique primum beneficium vacans negligat petere, aut non accepterit, gratia Apostolica expirat, ex cap. Si Clericus, cod. tit. & lib. Nisi in fraudem illius contingenter vacatio: vt quando tenui beneficio renunciatum effet, ne ille pingue beneficium Clerici moribundi consequatur, ex cap. 2. De renunciatione, in 6. Item nisi beneficium effet litigiosum, aut ab alio occupatum: vt ex Rota decisione 608. in antiquis, haber in fine citati cap. 5. Corasius: quia culpandus non est, qui felicitus noluit implicare. Cum quo Corasio in num. 20. & 21. addit: si in rescripto adiecta sit clausula optionis (vt in cap. 1. De concessione præbenda, in 6.) nempe conferas, quod duxerit acceptandum: tunc illum pro quo datum est posse ex pluribus beneficis simul vacancibus, eligere pinguius, ex cap. Si pluribus, citato: etiam tenui prius vacauerit, quod alio qui acceptare tenebatur, iuxta ante quoque citatum cap.

Si Cle-

Si Clericus. Alias clausulas mandatorum Apostolicorum, & eorum ysum tradit Rebusus in praxi beneficiorum proprio cuiusq; titulo.

Notandum est quarto, postquam impetratum est Apostolicum rescriptum, antequam executioni mandatur, eos quorunq; interest, si iustum illius impediendi causam se habere putent, posse obsecare surreptionem, aut obceptionem: hoc est, rescriptum suppressa veritate, aut expressa falsitate impetratum esse, ynde iritum, & inane reddatur: quia tam in libello supplici impetrantis, quam in ipso rescripto, exprimi debent omnia ea ob quae impetrans potuisse verosimiliter pati repulsam. Deinde in omnibus rescriptis hæc clausula, *Si preces veritate nitantur, semper intelligitur: ita ut eam adiici opus non sit, ex cap. 2. De rescriptis.*

Quæ autem sint illa, ob quæ impetrans poruisset verosimiliter pati repulsam, habet glossa ad cap. Super literis, *verbo, Literas dedi sumus, De rescriptis;* quibus addit pro generali documento in hac re habendum proponit Corasius in citato cap. 5. num. 36. 37. & 38. exprimendam esse non tantum ea, quæ Romanum Pontificem ad concedendum retardare possunt, aut difficultatem reddere: sed etiam quacumq; iure nominatim caudentur (quæ glossa commemorat ad cap. Si proponente, De rescriptis, *ad verbum* Hoc, etiam si eorum expiessione non valde moueretur Papa ad recusandum: vt si beneficium antea obtinum, si modicum: de quo nihilominus mentio facienda fuit, iuxta citat. cap. Si proponente, & cap. Si motu proprio, De præbendis in 6. Quanquam ignoranti probabilis, vt per cap. Gratia, De rescriptis, in 6. addit Corasius, in ea re excusat à surreptione.

Quæ vero sint qualitates, quæ morosorem, aut diffidio rem reddere possunt Papam, cum ius eas non præscribat, vt intelligatur: recurrentum est (prout ex Lapo allegatione 89. addit Corasius) ad coniectiones: quæ colliguntur ex consuetudine Papæ; qui alias noluit idem concedere: aut concessit quidem, sed difficulter: aut ex stylo Romana curia, cui si rescriptum probatum fuerit repagnare, aut etiam alias rectæ ratione: Index executionem eiusdem rescripti tanquam suspecti debet differre, donec à Papa de re monito, secundum mandatum accipiat.

Notandum est quinto, rescriptum Apostolicum, quo mandatur de beneficio prouidere alicui, nullum ius speciale tribueri mandatario, ex glossa capituli Ad audiendum 2. de rescriptis, *verbo Renuntiantes:* dare tamen potestatis implorandi officium executoris: vt occurrente beneficii vacatione ei prouideat, aut curet per Ordinarium prouideri, ex cap. Si postquam, De præbendis, in 6. Quod etiam notat Corasius in sequenti numer. 39. Addens tale mandatum non impedit, quominus alteri, quam impetranti ab Ordinario facta collatio, valeat: nisi præcedat prohibicio executoris, vel in mandato Papæ, expressum si ne alteri beneficium conferatur, ex cap. Sisoli. De concessione præbenda, in 6. aut aliter siue Papæ, siue executoris dat ad prouidendum insinuata sit voluntas ligandi Ordinarium collatorem, ex cap. 1. §. Ex parte, eodem titulo, & libro, & cap. Tibi qui, De rescriptis, eodem libro.

Notandum est sexto, quod etiam consequenter Corasius assert: pluribus mandatariis concurrentibus præferri debere eum, qui prius impetravit Apostolicum mandatum, cap. Eum cui, & cap. Quia sepe, De præbendis, in 6. cap. Tibi qui, & cap. Duoibus, De rescriptis, in 6. Quod si omnes impetraverint eodem die, præferri debet is qui per testes probatur, aut ex literis impetracionis cognoscitur impetratis priori hora, ex glossa ad prædictum cap. Duoibus, per regulam iuris, in 6. Qui prior est tempore, potior est iure. Quod si de hora non conflerit, sed solum de die, melior est conditio possidentis. cap. Si à sede, De præbendis, in 6. siue neuter possidat, ille præferritur cui gratia facta est à collatore maiorem prerogatiuam habente: vt is cui gratia facta est à Papa, ei cui facta est à legato: & is cui ab hoc: ei cui facta est ab Ordinario, ex eodem cap. Si à sede.

Sunt tamen aliquot casus in quibus secundus mandatarius præfertur. Primitus est, cum in literis secundi mandatarij Papa dicit ut antefatur quibuscumq; aliis. Secundus est, cum duo Pontifices dant mandatum, prædecessor & successor: præfert enim is qui habet illud à viuente, iuxta cap. Authoritate, De conciliis præbenda eodem libro. Tertius, quando prior non est capax beneficii primo vacantis: vt verbi gratia quia annexum habet Ordinem sacerdotalem, quem quia per ætatem non potest capere, præfertur posterior, qui id potest ex cap. Ei cui, De præbendis, in 6. Quod Corasius nu. 44. notans, addit idem esse quando mandatur dari priori simplex præbenda, & posteriori præbenda cum dignitate. Pro quo est textus in cap. Quia sepe, De præbendis, in 6. Ultimus est, quando prius impetranti, notabili negligentiā imputari potest: tunc enim præfertur posterior ex supra citat. cap. Tibi qui, in fine, & ex cap. Si Clericus, De præbendis, in 6. quod totum Corasius num. 45. monet Iudicis arbitrio dirimendum.

Notandum est septimo, mandata ista simili finiti, seu expirata, tum revocatione concedentis, aut successoris; tum etiam renunciatione mandatarij: de qua re videri potest idem Corasius in seq. nu. 52. & deinceps.

Notandum est octavo, varia est genera rescriptorum Apostolicorum, qua Azor perfequit in 2. part. Moral. Inst. lib. 7. cap. 31. & duobus sequentibus. apud quem videnda relinquit breuitatis studio: contentus monere de iis quæ pro Clerico pauperi promouendo dantur, & dicuntur litteræ in forma pauperum, quod nequeant licite peti pro illo, qui haberet patrimonium sufficiens, vel pensionem; vel quid alius perpetuum, quo possit per vitam commode sustentari: quia, cum tales litteræ sint pro pauperibus Clericis, congruent cap. Si pro Clericis, & cap. Si pauper, De præbendis, in 6. si quis eas impetrat mentiendo se pauperem Clericum esse, vel tacendo alimenta sufficiens, quæ habet; litteræ ipsæ indicant surreptitionem, nec in conscientia valet collatio, vi earum facta: vt confirmatur a simili de elemosyna facta ei qui se pauperē esse mentitur. Quod idem iudicandum est pari ratione de eo, qui beneficium peteret ab Ordinario mentiendo se pauperem: nō autem tacendo se patrimonium aut aliud habere sufficiens ad se tota vita commode sustentandum. Ratio est: quia Ordinarius, qui Clericos suos cognoscere præsumit, censetur beneficium dare non in aliqua forma pauperum, sed absolute: siue petens pauper fit, siue diues. Id quod de Papa non potest similiter præsumi, maxime in literis, quas non nisi pro pauperibus Clericis dare solet.

Appendix De acquisitione beneficii per incapacem.

IN acquisitione beneficii per incapacem, speclanda est Confessario: tum peccati ratio, tum pena, quæ illud sequitur, tam ex parte conferentis beneficium indigno, quam ex parte indigni illud accipientis.

Peccatum igitur graue in illa committi ex parte utriusque illorum: pater per notata ex sacris canonibus à Rebusto in praxi beneficiorum, par. 1. De penitentia contra collatores indignis conferentes: & maxime ex eo, quod ipsa vergat in detrimennto diuini honoris in Ecclesia. Inde enim est, quod melius sit paucos habere in ea ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, & cap. Tales, distin. 23. & cap. penult. De ætate, & qualitate. Deinde quod si transgressio factorum Canonum, qui sunt statuta illorum, de quibus Christus ait Luc. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.] Tertio, quod impudentem diuinæ maiestatis irreuerentiam habeat coniunctam: tum in eo quod infidelem Deo efficiat illum, quem tanquam dispensatorem fidem, & prudentem ipse constituit super familiam suam, Luc. 12. Tum in eo, quod indigno beneficium conferre idem sit, accœcum animal Deo offerre, ex D. Hieronymo, cuius verba hæc referuntur, distin. 49. cap. finali, Cœcum animal offert, qui ordinat indectum loco docti, magistrumque facit, qui vix discipulus esse poterat.

Quarto, quod ea generet scandalum in Dei populo; dum pro vero pastore datur illi falsus, præsertim cum alienum oves non sequantur, sed fugiant ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum: ut veritas ait Ioan. 10. sicq; animabus subtrahita pastorali cura, occasio præbetur ruinæ: quod quam si formidabile patet per illud Domini Matt. 18. Quid scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei ut suspendatur mola alinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Adde quod etiam si populus talem aliquem sibi præfici vellet, non celaret peccati ratio: quia ut habetur in cap. Miramur, distinet. 61. id non est consulere populo, sed nocere: nec præstatre regim, sed augere discrimen.

Postremo, quod per eum iniuria graui afficiatur: tum Ecclesia, cui nihil magis officit, quam quod indigni assumentur in ea ad regimen animalium, cap. Nihil est. De electione: cum is cui, tanquam digno beneficio debetur: ut ipse qui contra ius, fasq; eo defraudatus est: sicut & sacrilegè defraudatur Ecclesia vero pastore ei debito. Quandoquid si sacrilegium est immane, omnium prædonum crudelitatem superans, defraudare Ecclesiam suis temporalibus, aut pauperibus ergo randa subtiliæ, vt ex D. Hieronymo refertur in cap. Gloria Episcopi, §. Amico, 12. quæst. 2. nonne & erit eamdem Ecclesiam, & populum spirituali pabulo indigentem defraudare vero pastore. Alia ad ciudem criminis grauitatem perfudendum accumulari possent: sed si quis ista non moueant, quid mouere possit in hoc genere non video.

Quod attinet ad peccatum quæ tale peccatum sequitur, certum est quoad vitam futuram, esse æternæ damnationis, & grauissimam: tum propter variam malitiam graue, quam continent pater ex dictis: tum propter ruinam, & perditionem animalium multarum ex illa prouenient: quia imputatur tam iis, qui illarum cura commiserunt indignis, quam iis qui indigni illa suscepunt: sicut & submersio nauis, ideo contingens quod huius gubernatio commissa esset imperio, imputaretur tam committenti, quam commissario. Ad quod confirmandum induci potest illud Ezech. 3. Si dicente me ad impium morte morieris, non annuntiaveris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur via sua impia, & virat; ipse impius in iniuritate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram.

Q[uod] ad præsentem vitam vero, pena est obligationis resarcendi damnum inde secundum & restituendi fructus perceptos, nisi obtineatur à Papa illorum remissio. Quam restitutionem si incapax promotus ad beneficium non faciat; Superior à quo promotus est, eam facere tenetur: quam participans in iniulta acceptance, iuxta communem doctrinam De obligatione restituendi nascente ex tali participatione. Item Superior qui incapaci beneficium contulit, priuatur potestate conferendi alia, primæ vice, ex cap. Cum in cunctis, §. finali, & ex cap. Cum Vintonensis, De electione. Incapax vero qui beneficium accepit, non tantum tenetur penitire de iniulta accipiente, sed etiam tenetur acceptum resignare simpliciter in manu collatoris ordinarij. Resignate vero alteri non potest: quia resignatio supponit titulum, quem nisi cum eo dispensatum sit non haber in beneficio à se accepto.

Vnde etiam fit quenadmodum attigit Rebus in tract. De pacifici posse, num. 172. ut nequeat id ipsum prescribere per illius pacifica triennalem possessionem. Et ratio est, quia possessio quantumcumque longi temporis non habilitat incapacem, iuxta cap. Causam, & cap. Accedentes, De prescript. & antedicta in precedentibus numer. 179. Quod procedit quoniamcumque laboret quis probabili ignorantia seu incapacitarit: quia ignorantia non dat titulum: adeo ut incapax nullum habeat nisi falsum: & ideo insufficientem ad prescriptionem triennale. Quinimo si cognoscat suam incapacitatem, etiam si ignoret propter eam ius arcere ipsum à beneficio: præterquam quod nullum acquirit titulum, grauiter peccat: quia ignorantia eius, quod ad statum proprium alicius pertinet, non excusat ipsum à peccato.

C A P V T X I X.

De pluralitate beneficiorum.

S V M M A R I V M.

- 275 Casus in quibus licita est pluralitas beneficiorum.
 276 Damna que natæ sunt ex ea sequi, ob que censor esse de iis que vergunt magis in malum, quam in bonum.
 277 Tam naturali, quam positivo, eod[em] tam diuino, quam Canonico iure prohibetur pluralitas beneficiorum curatorum.
 278 Pluralitas dignitatum prohibetur iure tum naturali, tum canonico, non item diuino positivo.
 279 Idem iudicium est de beneficiis exigentibus residentiam.
 280 Quid tenendum sit de pluralitate aliorum beneficiorum.
 281 De dispensatione in pluralitate beneficiorum.
 282 De causis iustis, ob quas eas fieri potest: & quod per tolerantiam Papæ talis pluralitas non excusat.
 283 Non est contra ius naturale habere simul duo beneficia simplicia residentiam non requirentia.
 284 Plura beneficia retineri non possunt ob solam eorum tenuitatem.
 285 Quis censendus sit habere beneficium sufficiens ad suam sustentationem.
 286 Circumstantiae in ea re arbitrandæ considerande de nec sisitare.
 287 Quia non possit consuetudine introduci, ut unus habeat duo beneficia Ecclesiastica.
 288 Quatenus legitime dispensatus ad plura beneficia possit ea retinere post absum in eis commissum.
 289 De eo quipla beneficia tenet à Papa dispensatus sive infra causa.
 290 Monita pro Confessario super hac pluralitate.

VNA est de hac re difficultas. An liceat vni habere simul plura beneficia. Ad cuius explicationem reuocanda est in memoriam distinctione beneficiorum, quam proposuimus in precedentibus libr. 19. cap. vlt. sect. i. sub finem: quod quædam habeant annexam curam animalium in vitroque foro: quædam in foro tantum externo: quædam in interno: quædam in neutro: quorum tamen nonnulla annexam habent dignitatem, seu autoritatem, & honorem præcedendi alii: & nonnulla sint omnino simplicia, id est, nec iurisdictionem, nec dignitatem habentia annexam. Quæ autem sint sive huius generis, sive alterius ex precedentibus, loco memorato notatum videri potest.

Prænotandum est præterea cum D. Thom. in Quodlibet. 10. q. art. 15. tria distingui genera actionum humanarum: vnum earum que sapientia natura sunt a deo mala, vt nulla ratione bene fieri possint, quacumq; circumstantia addita, vt mentiri. Alterum earum, quæ sapientia natura sunt indifferentes: ita vt bene vel male fieri possint additis circumstantiis, vt ambulate, loqui. Tertium earum, quæ nec sunt omnino mala, nec omnino indifferentes: magis autem vergunt ad malarum, quam ad bonarum naturam, vt occidere hominem: quod etiæ magis ad malum quam ad bonum vergit: tamen positis aliquibus circumstantiis iuste sancteque fit: prius doceri solet ad 5. Decalogi præceptum.

S E C T I O I .

De modo, quo mala est pluralitas beneficiorum.

Quibus ita notaris proponenda sunt, quæ certa videatur. Deinde quæ dubia. Certum ergo videretur primo, plura beneficia simul habere, non esse ita malum, vt nulla omnino ratione id licitum esse possit: vt argumento est, quod sint aliquot casus in quibus sive naturali, sive Ecclesiastico iure communis, tale quid conceditur: quos referunt Sylva. Beneficium 4. num. 3. & Tabiena. Beneficium 2. quæst. 26. alioquin post glossam 21. quæst. 1. in summa. Primus est, cum beneficia sunt adeo tenuia vt neutrū sufficiat ad honestam sustentationem beneficiarii. Intellige autem iuxta distinctionem Concil. Trid. sect. 24. cap. 17. De reform. si utrumque sit simplex, nec residentiam requirat. Secundus est, quando Parochialis Ecclesia est annexa Canonica.